UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 5. Sinus Macedoniæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

Gens hæc Moloſſica fuit, & primùm Regio Epiri, mox Macedoniæ.	ATINTANES	conditas eſſe Piſas credidit. Appianus qui hanc partem ex Macedoniâ decerpſit, eos in Illyrico collocauit.

ELYMIOTÆ.
- BVLLIS Ptolemæi, Colonia Bullidenſis Plinio, cuius incolæ Bylliones Strabonis, Cæſari 3. Ciuil. Bellidenſes, à quo collocantur in Illyrico.
- Elyma oppidum mediterraneum, hodie *Canina* Sophiano
- Celydnus Fl. aliter Pepylichnus, & Elidunus, limes Macedoniæ ab Auſtro; hodie *Salnich*.
- Saſo, Saſſo Silio, Inſula maris Ionij perperam tribuitur Italiæ à Lucano 2. Pharſ.
  Spumoſo Calaber perfunditur æquore Saſon,
  apud Antoninum Sato nominatur; hodie *Saſſeno* eſt.

§. 5. *Sinus Macedoniæ.*

SINVS STRYMONICVS — A Strymone Fl. nomen accepit qui in eum euoluitur inter Thraciam & montem Atho: hodie certò *l Golphe de Monte Sancto*; errauit enim Caſtaldus, qui credidit vocari *le Golphe de Conteſſa*.

SINVS SINGITICVS — Aliter Singæus dictus, & Singicus ab vrbe Singo, videtur à Diodoro Siculo dici Eliacus malè à Caſtaldo, hodie vocari putatur *le Golphe de Monte Sancto*, eſt enim omnium iudicio *le Golphe de Conteſſa*.

SINVS TORONAICVS — Aliter Toroneus ab vrbe, malè à Pintiano confunditur cum Mecybernæo: hodie dicitur *le Golphe d'Atomana*, nemine reclamante.

THERMAICVS SINVS — Seu Thermæus à Thermis vrbe Macedoniæ, vbi poſtea Theſſalonica vt quidam arbitrantur. Dicitur & Antonomaſticως Macedonicus; apud Pomponium Melam Mecybernæus, quia docet in Mecybernæum ſinum Axium Fl. aquas ſuas immittere, at Axius cadit in Thermaïcum ſinum: erat autem Mecyberna Olynthiorum nauale: hodie omnium iudicio nominatur *le Golphe de Salonichi*.